



## Universitätsbibliothek Paderborn

**F. Cornelii Cvrtii Cæsarei Consiliarij et Historiographi  
Ordinis Eremitarum S. Avgvstini S. Nicolavs Tolentinvs  
alijque aliquot eiusdem Ordinis Beati**

**Curtius, Cornelius**

**Antuerpiæ**

6. Pius latro præcisa Divo brachia furatus divinâ vi tenetur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37243**

5.  
Infans  
ope Divi  
NICO-  
LAI ad  
mentem  
redit.

dubitavit pro altero filio multis  
modis misero cundem Medicum  
interpellare. Is mente sensibusque  
omnibus exciderat, oculis, auribus,  
linguâ uti impotens; & caninâ ra-  
bie in alios, in se dentibus atrociter  
sæviebat; ut vinciri & immanis fe-  
ræ instar catenis coerceri debuer-  
it. In his ad sepulcrum Divi addu-  
ctus, & NICOLAO multorum pre-  
cibus impendiò commendatus  
cœpit furorem sensim exuere, ad  
se ipse redire, & laxare os in hac  
primum verba, O sancte NICOLAE  
sensibus denique omnibus integri  
restitui, in plenam sanitatem.

Illud verò multò maximè me-  
morandum est, quod anno post  
NICOLAVM cælo receptum qua-  
dragesimo contigit pie impium  
Religiosi facinus. Is origine Ger-  
manus sacrarii præfecto administe-  
Tolentini datus, cùm miraculis in-  
gentibus sacrum tumulum coro-  
nari cerneret, stolido erga Divum  
adfectu statuit aliquod illius mem-  
brum suffurari, eoque veluti in-  
comparabili thesauro patriam suam  
dita-

6.  
Pius latro  
Divo pre-  
eifa bra-  
chia fura-  
tus, divi-  
nâ vi te-  
netur.

ditare, & celebrem reddere. Nocte latrocinium aggredi placuit. Sepulcrum effringit, & à corpore brachium utrumque præcidit. Res miranda! Fluunt rivi sanguinis veluti adhuc à vitâ calentis, & prædoni attonito animum mentemque eripiunt. Tandem sibi redditus, lambit sanguinem bibulo, quod ad manum fortè habebat gossypio, eumque in binas lances exprimit: brachia verò mûdo linteo involuta rapit, seque dat in citissimam fugam. Totam nocte cursitando se fatigat, sed in cæco labyrintho: nam dum Tolentinates fines se longè exiisse autumat, cælo albescente videt se monasterii septis clausum teneri. Quid faceret? Sorex indicio suo periit. Prehensus furtū suum agnoscit, & reddit. Producuntur è revolutâ sindone cruentata brachia, sed quæ

(Res noua, non ullis cognita temporibus)  
caleste jam manna Hebræorum  
olim in locis Arabiæ desertis com-  
meatus, tota cooperuerat: ut tria  
in hoc sacrilegio miracula agno-  
scas.

7.  
Tria in  
hoc sacri-  
legio mi-  
racula.